



kat.komp.

15911

I

Mag. St. Dr.

P

Groblicki Benedicti: Graecie de concurre
promovendos cum ad ecclesias parochia
test.

2406 *Prairie*

QVÆSTIO

De Concursu promouen- dorum ad Ecclesias Pa- rochiales.

A

M. BENEDICTO GROBLICKI,
I. V. D. Collegij Lubranciani Acad: Posnaniensis.
Directore, publicè ad disputandum

PROPOSITA.

In Lectorio DD. Iureconsultorum.

Die 23 Junij. Hora 7 ante meridiem.

Anno Domini, M. DC. XLVIII.

C R A C O V I A,

In Officina Francisci Cæsarij, S. R. M. Typographi.



C. R. BIBLIOTHECA
VNIV. IAGELL.
CRACOVIENSIS

1598/I

QVÆSTIO

Ex Cap: Graue nimis,

Ext: DE PRÆBEN: & D I G N I T A T.

Iuncta L. Iubemus.

C. DE SACROSAN: ECCLES.

V. Collationes & quæuis aliæ Dispositiones Parochialium Ecclesiarum, ab Episcopis, & quibusuis aliis tām ordinariis quām delegatis, etiam S. R. E. Cardinalibus, præter & contra formam, à Concilio Tridentino (de examine & concursu faciendo) præscriptam, factæ, sint nullæ, irritæ, ac Summo Pontifici reseruatæ, nec ne?

CONCLVSIO I.

Collatio beneficij Parochialis, prævio concursu & examine fieri debet, à quibus suis Prælatis, etiam S. R. E. Cardinalibus.

C O R O L L A R I A.

I. Non solum Episcopus, sed etiam Vicarius ipsius Generalis, potest indicere concursum, & examen, ad Parochiales Ecclesias.

II. Eadem potestas indicendi concursum, & approbandi unum ex examinatis, competit Vicario Capitali Sede vacante, dummodo adhibeat Examinatores, in proxima Synodo deputatos.

III. Edictum, est de substantia, in concursu ad Parochiales, & ibi debet intimari, ubi existit beneficium.

IV. Curata beneficia, debent per concursum prouideri, etiamsi sint reseruata Summo Pontifici, ratione mensis, vel alias, & quamvis vacent in Curia.

V. Concursus non requiritur in beneficijs simplibus.

CON-

CONCLUSIO II.

Non debet examen per concursum fieri, in Vacacione Parochialium Iuris-
patronatus Laicorum, sed sufficit quod præsentatus à Patronis, examinetur ab
Examinatoribus Synodalibus.

C O R O L L A R I A.

I. Si fuerint plures præsentati à patronis Laicis, tunc inter ipsos requiritur examen per Concursum; dum singuli præsentati æqualem habent vocem, nam si aliquis plures haberet voces, is solum examinandus esset.

II. In collatione Ecclesiæ Parochialis, quæ est Iurispatronatus, partim Ecclesiastici, partim Laicalis, non est seruanda forma examinis per Concursum.

III. Si Iuspatronatus pro duabus partibus pertinet ad Laicos, pro una tantum ad personam Ecclesiasticam, locus concursui multominus erit.

IV. Quemadmodum ad effectum concursus, Ius-

patronatus mixtum, censetur Laicale; ita & ad effe-
ctum reseruationis, Laicale censendum est.

V. Parochiales Ecclesiæ Iurispatronatus Lai-
corum, quæ ab Episcopo, ob præsentationē in tempore
non fecutam, iure deuolutiō conferuntur. subiacent
concurſi, pro ea vice tantum.

C O N C L V S I O III.

Collatio Ecclesiæ Parochialis, con-
tra formam à Tridentino Concilio præ-
scriptam, id est, sine concursu, & examine
facta, est nulla, & irrita: & eo modo colla-
tum beneficium vacat, eiusque collatio
ad fidem Apostolicam spectat.

C O R O L L A R I A

I. Parochialis quæ est vñita Capitulo, Collegio,
vel Canonicatui, per concursum non confertur.

II. Bene-

*II. Beneficia curata, regularibus conferri solita,
sine Concursu conferri debent.*

*III. Doctores concurrentes ad Ecclesiam Paro-
chialem, non excusantur ab examine, etiam si essent
eminentioris doctrinæ.*

*IV. Verior est Sententia, quod teneatur is ad re-
stitutionem, qui dignū elegit, omisso digniore, quando
per concursum, & oppositionem, prouidetur de curata
beneficio.*

*V. In Concursu ad Ecclesias Parochiales, Senior,
Iuniori; originarius extraneo; Doctor non Doctori;
& beneficium nullū habens, habenti præferendus est.*



Sub Felicibus Auspiciis.

Per illustris Magnifici & Admodum R̄ndi. Dm̄.

PAVLI HERCII,

S. Th. Doct. & Professoris, ECCLESIÆ CATHE-
DRALIS Cracoviensis CANONICI,
Decani Opatouiensis,

Almæ Academiæ Cracoviensis
RECTORIS VIGILAN-
TISSIMI.

XXIV. 5. 12

Biblioteka Jagiellońska



stdr0006953

